Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38233
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

& sibi & ceteris nocens; Nihil enim intulimus in hunc mundum uerum
quia nec auferre possumus quicquam habentes autem alimentum his conten
ti sumus; Frustra mortales homines copiis studere & locupletes
fieri uelle apta uoce declarat cum sciant nihil se proprium habere in
mundo cui se proficit humana cupiditas nisi quia ipsa sibi inimica ex
sistit nihil enim intulit mundo nihil auferre poterit quid sibi in
cutit sollicitudinem & quaerit congregare talis hinc exiit & qualis
uenit quod etiam scripsit iob. & in sua passione fatetur dicens. nudus exi
ui de utero matris meae. Nudus o post & eam in terram sit nomen domini be
nedictum quod si auari non retinerent in perniciem suam pauci conde
rent quod pluribus possit proficere cum eorum ipsorum emolumento;
Nam qui uolunt diuites fieri incedunt in temptationem & laqueum & de
sideria multa & inutilia & nociua quae demergunt homines in exitium
& interitum radix enim omnium malorum est auaritia quam quidam adpeti
tes errauerunt a fide & inseruerunt se doloribus multis; Nihil tam
asperum tamque perniciosum est quam si ecclesiasticus maxime qui sublimis lo
ci est diuitiis huius saeculi studeat quia non solum sibi ipsi sed & ceteris obest
contrariam enim formam dat hominibus necesse est enim multos imitatores
eius existere ad perditionem quanto enim honorificentior ordine est tanto
magis suadet imitandum se maxime in hac re quae in ista uita procliuis est
auaritia enim omnia mala potest admittere ideo radix omnium malorum
est quia ut desideria sua expleat quod inpossibile est & maleficia & homi
cidia & obscenitatem & quidquid sceleris est perpetrat nec ad praesens secura
quia semper cupida & in futuro damnata; Tu autem homo dei haec fuge;
Abscidere se hominem dei ab hac hortatur & praecipit ut & hic securus sit
& in futuro praemiis remuneretur diuinis non enim inmerito coronandus est
qui hanc spernit quae multis suadet; Sequere autem iustitiam pietatem
fidem caritatem patientiam tranquillitatem animi certa bonum certamen
fidei adprehende uitam aeternam ad quam uocatus es & confessus es bonam confessionem
coram multis testibus; Quoniam auaritia res iniqua est hominem dei ut ab hac dissentiat